



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 4. Regnum Angliæ ab Henrico occupatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

striae & Thomae Gloucestriae Ducum, Regis Patruorum ambitionem suscitatae, tandem devolutae fuerunt ad Catastrophen ignavo huic ac voluptatibus dedito Principi non minus exitiosam, quam tragicam. Connubio enim cum Caroli V. Galliarum Regis Filia inito gravem in se concitavit Anglorum invidiam, qui eum velut Gallorum arbitrio ancillantem despiciebant, accedente insuper novo aversionis incremento, eo quod Brestum & Caroburgum urbes Gallis tradidisset.

Sæcul. XV.

A.C. 1401.

Polyd. Virg.

l. 20. Et 21.

§. IV.

Henricus regnum Angliæ occupat.

Henricus Comes Derbicensis, Lancastriae Dux post Patris sui obitum turbato hoc rerum statu opportune usus, Richardum ut solemni abdicatione regno Angliæ cederet, compulit, ac supremi regii Senatus auctoritate deponi iustum, & ad perpetuos carceres damnatum, demum turri Londinensi inclusit; Postridie vero die vigesima octava Septembris Henricus hujus nominis quartus Rex salutatus, anno millesimo quadringentesimo die tertia decima Octobris regia corona donatur, qui Anglorum mortem Richardi exposcentium favorem aucupaturus, infelicem Regem laqueo suffocari præcepit.

A 3

§. V.